

*Tu bonas artes in complexu, oculis, auribus
babes. Præstas enim, quæcunque præcipiunt,
tantumque eas diligis, quantum ab illis pro-
baris.* Vere apud *Sapientissimum Prusso-
rum Regem*, exules alibi, ac ob infesta Ma-
vortis signa, patria extorres & fugitivæ lite-
ræ, asylum atque tutamen noctæ sunt, nova
Musis sede Halæ constituta, scientiarumque
societate fundata, amplissimis item stipendi-
is sortem literatorum sublevantibus ac sele-
ctissimis libris atque Bibliothecis infinito
sumtu adornatis, atque instructis, quarum
usum unicuique *Clementissime* indulget
Princeps Incomparabilis, & pretiosissimos
libros perlustrandi etiam pauperrimis pote-
statem facit. Agnoscit Regiam hanc in Mu-
sas gratiam atque benevolentiam Alma no-
stra Viadrina, quam etiam monumentis ære
perennioribus posteritati omni etiam atque
etiam commendabit. Quam *Augustum* &
Serenum vidimus vultum *Regis Sapientis-
simi*? quam *Incomparabilem* Bonitatem
& Clementiam? cum hæc Musarum tecta
F subire